



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Assertio Omnivm Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam  
Leonis X. Novissimam Damnatorvm**

**Luther, Martin**

**[Basel], 1521**

**VD16 L 3876**

Dvodecimvs. Si per impossibile confessus no[n] esset co[n]tritus, aut  
sacerdos no[n] serio sed ioco absolueret, si tame[n] credat sese  
absolutu[m], uerissime est absolutus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33308**

## ARTICVLORVM DAMNATORVM

misi deus remissionē peccatorū. Duo enim sunt uerba dei: al-  
terū est præceptū, alterū promissio: præceptū opera, promis-  
sio fidē exigit, nec est cogitabile, quō promissio impleri si  
ne fide per opus quodcumq; possit.

## DODECIMVS.

Si per impossibile confessus nō esset contritus, a ut  
sacerdos nō serio sed ioco absolveret, si tamē credat  
sele absolutū, uerissime est absolutus.

Et hīc fluit ex præcedentibus. Nā fides (ut dixi) exigitur  
in pmissiōis diuinæ uerbo, quod, quocumq; modo audiat,  
si fide suscipit, iustificat. Et quid mirū, si ioco prolatum &  
creditū iustificet, qn apostolus Philp. pri. gaudeat & glo-  
rietur, q uerbū dei per inuidiā & contentionē prædicatur?  
utiq; q credentes salui siant per uerbū, etiā ab inuidis & ac-  
cusatoribus, non nisi ad opprimendū ipsum annunciatū.  
Adeo tota uis sita est, nō in ministro uerbi, sed in corde au-  
dientis & creditis. Verū nostri adulatores malunt remissi-  
onem peccatorū tribuere potestati ministrorū, ut in se con-  
fidamus, q̄ fidei, qua in dei uerbū credamus, ideo ut se no-  
bis idola faciant, & adeo uiuo auertant, damnant fidē uer-  
bi dei, & suam statuunt potestatem.

Fides nō est  
sine contriti-  
one. Dixi autem, per impossibile, quia satis supra dictum est  
fidem sine contritione esse non posse, cum gratia non in-  
fundatur nisi cum magna concusione animæ. Volui em  
fidei uirtutem declarare, & commendare q̄ sola faciat ad  
remissionem peccatorum, & iustificationē pacis. Quod  
dico, ne quis me putet contritionem seu turbationem illā  
cordis, in cognitione peccatorum suscitatam, negare. Vo-  
lo eam, sed dico eam non operari iustificationem, aut re-  
missionem peccatorum: Fides enim in uerbum dei iustifi-  
cat & purgat.

Tertius de/  
Tertius de/